

legis c. 24) interdum nonnulli, qui quæ in priscis ethnicorum scriptoribus, tanquam orationis lumina, suscipiunt, ea in vetere nostro interprete arguant et irrideant. Non, prædavit, inquit hic, et vers. 16, sed prædatus est, dicendum erat. Cur ergo, apud Nonium, laudant in Ennio criminat, in Acio miserarent et contempla, in Turpilio proficisceret, in Pacuvio moderant, in Quadrigario recordavit, in Nevio minitas, in Pomponio constant et mirabilis, in Titianio osculavi, in Varrone imitat, in Virgilio populat, in Cicerone augurat, in Plauto tutetis, vagat, perscrutavi, eluctavi, aliaque non pauca? Ex Latino isto singulari et Complutensibus Græcis, adeoque ex ipsa orationis totius contentione videtur in Romanis Græcis legendum, non προνήμισα, vastatur, sed προνήμισα, vastavit. Antecedit verò ἀπὸθεν εἰς τὴν ὄρεσιν καὶ διέκοψε τὸ φῶς καὶ ἀκόθ: Abiit in montanam regionem, et incidit in τὸ scilicet ὄρος ἢ ὄρος, gentem, vel montem Phad et Lud. Phat, Genes. 10, vers. 6, dedisse initium Phutais aut Phutis in Lybia, docet loco antea citato Josephus, et divus Hieronymus quest. in Genesis; sed quam ab his hæc Holofernis expeditio jam remota? Nihilominus tamen initio capitis sequentis, Holoferni sese dedunt Lybies, vers. 1. Ibi demum verò ait Josephus, quos Lydos dicimus, fuisse antiquitus Λαίβας vocatos. Sed neque ad istos pervenisse adhuc videtur Holofernes, prout à Plinio describuntur lib. 5, cap. 29, Herodoto lib. 1, etsi sunt alia Lydiæ viciniores apud Ptolemæum lib. 5, cap. 15 et 17, quemadmodum et eodem libro cap. 13, Armeniæ urbes πρὸς γλωσσάνα, et postea βόρσων γλώσσα.

Quintò, effregit filios terræ Ismael, qui erant contra faciem deserti, et ad austrum terræ Cælon. Hi sunt Arabum pars, qui dicti sunt Ismaelita, Genes. 39, Agareni, et tandem Saraceni, ut ait S. Epiphanius initio libri 1, et heres. 50; Sozomenus lib. 6, c. 38; D. Hieronymus Isaia 60, Ezech. 25, et Epist. ad Dardanum, eorumque meminit Pacatus Panegyrico ad Theodosium, Mamertinus Panegygr. ad Maximianum. Sed quæ terra Cellon? In quibusdam manuscriptis est terra Cellon et Holzon; verum Græcè dicitur: in Complutensibus quidem ἡ Χολὼν in Romanis ἡ Χολαίων. Suntne isti iidem cum his, quos cap. 1 Græcus Χολαίος dicitur; suntne à Chal, de quo Genes. 10, vers. 15, et ex ejus urbis ditione, quæ à Ptolemæo lib. 6, cap. 15, in Syria Pal-

myrene statuitur Cholle? Denique nùm aliqua his cum illis, apud Dodonæum fanum, Sellis Homericiis, aut Hellis Pindariis (utriusque siquidem nominis liberam facit optionem, lib. 7, Strabo) similitudo, melius quàm ego constituerit alii.

Sextò, transiit Euphratem, et tenuit in Mesopotamiam. Paulò ante jam ad Ciliciæ fines venerat et Arabiam; quomodo nunc in Mesopotamiam? et ex Assyrià cum veniat, adeò quæ ex ipsa, quæ ad Tigrim est, Nino, si Euphratem transiit, quomodo in Mesopotamiam et non ex Mesopotamià potùs venisse dicitur. Videlicet itineris ordo non servatur. Sed, ut sæpè alibi, possent præterita hæc per plusquam perfectæ verbi: transierat Euphratem, venerat in Mesopotamiam, et, ut in Græco est, διέβη, pertransierat Mesopotamiam. Torrens Mambre fortè dicitur ob aliquam cum eo similitudinem, qui per convallè Mambre, de quâ Genes. 15, vers. 18, et cap. 14, vers. 13, fluere juxta Hebron. In Complutensibus vocatur χεῖμαρρος Ἀβραάμ, in Romanis Ἀβραάμ. Videtur esse fluvius qui, Ptolemæo lib. 5, cap. 10, Χαβῶρας, Straboni lib. 16, et Ammiano lib. 15, Aboras. Neque inusitatum, ut fluvii torrenis vocentur, quemadmodum exponit, lib. 1, Strabo. Unde et apud Lucanum, lib. 9. Magnus:

Non mihi Pyramidum tumulis evulsis Amasias

Atque alii reges Nilo torrente natabant?

Hunc verò Aboram, volunt quidam esse Oho-bar apud Ezechielem cap. 1. Cæterum ab eo distant longissimè Ambrones, de quibus Strabo lib. 4, Florus libro 5, Livii Epitome lib. 67, 68, usque ad mare, intelligo non Persicum, sed Cilicium.

Septimò, occupavit terminos ejus, maris videlicet à Ciliciâ usque ad fines Japhci, qui fines sunt ad austrum. Significari videtur Joppe quæ hodiè vocatur Japha, et à barbaris Zapha, prout monet ad caput 16, lib. 5 Ptolemæi, Pirkheimerus. Plinius, libro 5, cap. 13: «Vicus, ait, Joppe Phenicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt.» Est in Josepho lib. 2 Belli, 42, alia lexæ.

Octavò, abduxitque omnes filios Madian. Hi sunt Arabes, ut in Exodi cap. 2, dicitur est: «Nulli, ait S. Hieronymus in Ezechielis 2, dubium est Madianitas et totam eremi vastitatem adiacere terræ Arabiæ, qui habent camelorum greges, omniumque et caprarum multitudines, et his opibus victitant. Quod et terræ Israel in Judicum libro accidisse

«narrat historia cap. 6, quando venerunt Madiani, et depasti sunt usque Gazam omnes regiones eorum.» In Græco textu, præter ista quæ in Latino, innotuit etiam Madianitarum ratio habitandi, ἐπίλωτος τὸς υἰὸς; Μάδιαν καὶ ἐπέπασε τὰ σπένδατα αὐτῶν καὶ προνήμισα τὰς μάδρας αὐτῶν. Circumcinxit filios Madian, et combussit tabernacula ipsorum, casaque vastavit.

Nonò, post hæc descendit in campos Damascus in diebus messis. Quando præcisè messis dicitur, triticea intelligi solet, ea tamen in Græco exprimitur. Hostilia verò hic edidit omnia; sata exussit, arbores et vites excidit, greges et armenta, prout in Græco est, ἀβασπίσθι, urbes diripuit, agros depopulatus est, juvenes ipsorum omnes in ore gladii percussit, hineque factum ut cecideret timor illius super omnes inhabitantes terram. Restrigitur verò terra hæc in Græco ad παραλίαν maritimam, et quibus pertinetur, adjunguntur, εἰ ὄντες ἐν Σιδῶν καὶ Τύρῳ, εἰ κατοικοῦντες Σάδρ καὶ Οὐναί, καὶ πόντες; εἰ κατοικοῦντες Ἰερικαί, καὶ εἰ κατοικοῦντες ἐν Ἀζότῳ καὶ Καλαβῶν. Sidonii, Tyrii, Surii, Ocinæi, Iemnaei, Azotii, Ascalonitæ, ideoque hic videtur modus et ratio ejus quod septimo loco dictum est exponi. Sed quinam Surii et Ocinæi? Quæ nobis Tyrus, ea Hebraeis Tsor est, et hodiè vulgò Sur. Si Surii ergo Tyrii essent, ineptè iterationis mendam hic esset. Est et CAPUT III.

1. Tunc miserunt legatos (1) suos universarum urbium ac provinciarum reges ac principes, Syriae scilicet Mesopotamiae (2), et Syriae-Sobal, et Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt:

2. Desinat indignatio tua circa nos: melius est enim ut videntes serviamus Nabuchodonosor regi magno (3), et subditi simus tibi, quam morientes cum inte-

(1) Καὶ ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν ἀγγέλους λόγους ἀπὸ ὅλης, εἰ μὴ ἐπὶ τὴν αὐτὴν περὶ τῆς παρὰ τῆς, id est, hujusmodi verbis quibus pacem ab illo postularent; ἀγγέλους appellat τὸς πρεσβυτάς, legatos, Hebraei nuntios nominant מַלְאָכִים Maleacim. (Vatablus.)

(2) Mesopotamia appellatur in Hebræo Paddam Aram: frequentatur potissimum à posteris Aram, patris Syrorum, hinc nomen Syria Mesopotamias. Singulos hosce populos Græcus silet.

SYRIA SOBAL, Syria Sobal, vel Soba, non semel recurrit in Scripturâ, indicatque faciliè eam Syriæ partem, ubi sita est Samuil, Συρούσι, satis vicina Damasco, vel Coelestria.

LIBYÆ, atque CILICIÆ. Cur hic Libyæ, distans

Sur solitudo, Genes. 25, vers. 18, de quâ dicitur Exodi 15. At hic, quasi urbs, inter urbes alias numeratur. An Dor sive Dur pro Sur legendum? De hæc urbe Ptolemæus lib. 5, cap. 15, Plinius lib. 5, cap. 19, D. Hieronymus in Epitaphio Paula: urbs, ait, quondam potentissima; et lib. 1 Machab. c. 15, vers. 11. Ocina verò est Ptolemæis, quæ quondam Ace, inquit Plinius libro 5, cap. 19, et Coth, vel potius Gath, aut Geth, ut ait in Epitaphio Paula D. Hieronymus. Nam quod Geth Ascalonem ad Ptolemæi lib. 5, c. 16, censeat antea citatus expositor, clarissimè rejicitur, Reg. 6, vers. 17, ubi Palestinorum civitates quinque numerantur, Azotos, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, et ex divo Hieronymo Epitaphio ad Dardanum de terrâ promissionis. Quod verò idem D. Hieronymus in Michææ cap. 4, cum de Gath alisquæ disputasset, subjunxit, id mihi, nisi quòd terrestre nostrum hoc iter fuerit, subjungere posse videor: «Hactenus quasi inter saxa et acutissimos scopulos navicularum nostram direximus, quæ utrùm intraverit portum, an adire in suo fluctu, lectoris erit prudentiæ judicare. Nunc orationibus vestris, pergamus ad alios fluctus, et imminente expositionis hinc inde naufragio, si possumus, evadamus.»

CHAPITRE III.

1. Alors les rois et les princes de toutes les villes et de toutes les provinces de la Syrie, de Mésopotamie, de la Syrie-Sobal, de la Libye et de la Cilicie, envoyèrent leurs ambassadeurs vers Holoferne, pour lui dire:

2. Que votre colère cesse envers nous; car il vaut mieux que nous vivions en servant le grand roi Nabuchodonosor, et que nous vous soyons soumis, que de nous voir exposés à

adèe regio, cui hactenus nihil ex armis Holofernis innotandum erat? Legunt quidam Lybia, quæ regio Ciliciæ vicina est; alii populos Lybie, quos Herodotus cum proximo Syria memorat: juncti hos Mariandenis, Matienis, et Syris, quos omnes iidem armis instruit. Maluerunt ergo explicare de Lydiis, qui Holofernis arma jam experti fuerant. Vide caput 2, 15, in Græco. (Calmet.)

SYRIA SOBAL, quam Adrichomius eandem esse dicit cum Arabia Petræâ. (Menochius.)

(3) Ut serviamus Nabuchodonosoræ regi magno. Ex his verbis et sequentibus versibus 5, 6, dicimus eas gentes sese veluti mancipia regi Assyriorum tradidisse. Honoris excellentiâ, Nabuchodonosor appellatur rex ma-

ritu nostro, ipsi servitutis nostræ damnatiamur (1).

3. Omnis civitas nostra, omnisque possessio, omnes montes et collés et campi, et armenta boum, gregesque ovium et caprarum, equorumque et camelorum, et universæ facultates nostræ atque familiæ, in conspectu tuo sunt.

4. Sunt omnia nostra sub lege tuâ :

5. Nos, et filii nostri, servi tui sumus.

6. Veni nobis pacificus dominus, et utere servitio nostro, sicut placuerit tibi.

7. Tunc descendit de montibus (2) cum equitibus in virtute magnâ, et obtinuit omnem civitatem et omnem inhabitantem terram.

8. De universis autem urbibus assumpsit sibi auxiliares viros fortes (3), et electos ad bellum.

9. Tantusque metus provinciis illis incubuit, ut universarum urbium habitatores principes, et honorati simul cum populis, exirent obviam venienti,

10. Excipientes eum cum coronis, et lampadibus, ducentes choros in tympanis, et tibus.

11. Ne ista tamen facientes, ferocitatem ejus pectoris mitigare poterunt :

gnus, nomine eidem principi consueto. *Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum, atebat ad Judeos Rabsaces; et Daniel Nabuchodonosorem alloquens: Tu rex regum es, et Deus cæli regnum, et fortitudinem, et imperium, et gloriam dedit tibi. Apud Strabonem Cyrus in Epitaphio appellatur rex regum. (Calmet.)*

(1) Puisque saint Paul nous oblige de chercher dans tout ce qui est écrit notre propre instruction, nous devons croire que le Saint-Esprit, en faisant remarquer toutes ces particularités, qui nous font connaître d'une part la puissance si redoutable du roi des Assyriens, et de l'autre la frayeur dont tous les princes et les peuples furent saisis aux approches d'Holoferne, le général de ses troupes, a voulu nous représenter quelque grande vérité sous le voile de cette figure. Le roi Nabuchodonosor, qui avait formé le dessein de s'assujettir toute la terre, et qui voulait, comme il est dit dans la suite, se faire adorer par tous les peuples qu'il se serait assujettis, peut bien donc nous figurer le démon, qui, après s'être élevé contre Dieu, a eu l'insolence de former un aussi vaste dessein, qu'ait celui de réduire tous les hommes ses esclaves, en les retirant de l'heureuse servitude où ils vivaient sous leur créateur, et de les forcer de le reconnaître et de l'adorer comme le seul dieu, Holoferne,

périr malheureusement, soit par la mort; ou par la misère de la servitude.

5. Toutes nos villes et toutes nos terres, toutes nos montagnes, nos collines, nos champs, nos troupeaux de bœufs, de moutons et de chèvres, tous nos chevaux, nos chameaux, toutes nos richesses et nos familles, sont à votre disposition.

4. Que tout ce que nous avons dépende de vous :

5. Nous serons vos esclaves, nous et nos enfants.

6. Venez à nous comme un maître pacifique, et tirez de nous tous les services qu'il vous plaira.

7. Alors il descendit des montagnes avec sa cavalerie très-nombreuse, se rendit maître de toutes les villes et de tous les peuples du pays.

8. Il prit de toutes les villes pour troupes auxiliaires, les hommes les plus braves et les plus propres à la guerre.

9. Toutes ces provinces furent saisies d'une telle frayeur, que les princes et les personnes les plus honorables de toutes les villes sortaient au-devant de lui, avec les peuples,

10. Et le recevaient avec des couronnes et des lampes, en dansant au son des tambours et des flûtes.

11. Et néanmoins, quoiqu'ils fissent toutes ces choses, ils ne purent adoucir la ferocité de son cœur;

général des troupes de Nabuchodonosor, nous peut aussi figurer tous les ministres de la fureur et de l'orgueil du démon, qui travaillent sous ses ordres à accroître son empire. Tels ont été les empereurs idolâtres, qui ont fait des guerres si sanglantes contre les vrais serviteurs de Dieu, pour les obliger de se soumettre à l'empire du démon, en renonçant à celui de Jésus-Christ. Tel est le monde, dont les menaces ou les caresses sont également un piège très-dangereux pour engager une infinité de personnes à l'adorer. Et tels sont généralement tous ceux qui deviennent dans l'Eglise même des sujets de chute et de scandale aux fidèles, lorsque par l'exemple de leurs désordres, ou par leurs discours empoisonnés, ou par la violence de leur conduite, ils les font sortir de la voie de leur salut, et les engagent dans des routes de perdition, qui les mènent à la mort. (Sacy.)

(2) Syrie, putâ Casio, Libano, et Antilibano, inter quos sita est Damascus, cujus campos fertiles tempore messis occupavit Holofernes, ut dictum est c. 2, v. 17.

(3) Ad reintegrandum numerum eorum qui de suo exercitu mortui erant, et etiam ad fortificandum suum exercitum. (Lyranus.)

12. Nam et civitates (1) eorum destruxit, et locos (2) eorum excidit.

13. Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet ut ipse solus diceretur deus (3) ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potentia subjugari (4).

(1) Putâ munitiones, et quibus timeri posset aliquando rebellio, destruxit et locos excidit, utique cum aris et fanis eorum, quæ lucis ferè cingebantur, ad majorem loco venerationem conciliandam, et ad sordes illorum sacrorum saltem ex parte legendas. Atque utinam solis idolis, seu falsis diis hoc bellum movisset Holofernes, et non etiam verum Deum cœli et terræ suo à solio deturbare voluisset! (Trinus.)

(2) Il aurait été plus sûr et plus glorieux à ces princes et à ces peuples d'unir leurs forces et de se joindre tous ensemble pour se défendre contre un barbare qui était rempli de cruauté, et sur lequel toutes les plus grandes soumissions ne pouvaient rien pour le fléchir. Si leurs villes avaient été pillées et détruites, ils auraient au moins eu la gloire de défendre leur pays aux dépens de leur propre vie. Mais la frayeur ne raisonne point, et ceux qui en sont saisis s'abandonnent sans discernement à tout ce qu'elle leur inspire. C'est ce que l'on voit encore admirablement dépeint dans la vérité figurée par cette histoire. Les méchants, lorsqu'ils s'abandonnent au péché et au démon, ont pour but, comme ces princes et ces peuples dont il est parlé ici, de se procurer une espèce de bonheur et de s'assurer la paix durant cette vie. Mais ils se trompent d'une terrible manière, puisque le diable, selon saint Bernard, se rend plus cruel envers ceux qu'il s'est soumis, qu'envers les autres qui l'ont méprisé. Car enfin, quand même il arrivera que ce cruel Holoferne ruine les villes et coupe les bois sacrés de ceux qui s'opposent à son empire, qu'il tuera leurs corps, et qu'il exterminera, autant qu'il est en son pouvoir, leur sainte et divine Religion, une mort si précieuse devant Dieu leur procure l'assurance d'une vie et d'une félicité éternelles; et le même Dieu dont il semble avoir profané et renversé la Religion, est tout-puissant pour défendre, malgré cette oppression apparente, les intérêts de sa vérité. Mais quant à ceux qui vont au-devant de lui, comme ces princes et ces peuples allaient au-devant d'Holoferne, et qui se soumettent volontairement à son empire, ils sont souvent très-malheureux des ce monde, et ils s'engagent dans une effroyable désolation pour l'avenir. Ils ont affaire à un maître, qui étant, selon le langage du monde, ne quitte jamais la haine implacable qu'il a conçue contre les hommes, et donne aux âmes une mort cruelle dans le temps même qu'il semble se rendre le plus favorable pour ce qui regarde la fortune temporelle de ceux qu'il veut perdre éternellement. Car il compte pour rien tout ce qui est passager, et il est très-disposé à donner, s'il

12. Car il détruisit leurs villes, et coupa leurs bois sacrés,

13. Parce que le roi Nabuchodonosor lui avait commandé d'exterminer tous les dieux de la terre, afin qu'il fût seul appelé dieu par les nations qu'Holoferne aurait pu assujettir à sa puissance.

le pouvait, tous les royaumes de la terre, comme il se vanta de les donner à Jésus-Christ même, pourvu qu'on l'adore, et qu'en l'adorant on se rende digne d'être le compagnon éternel de ses supplices. (Sacy.)

(3) Vido quò assurgat fastus hominis, qui, oblitus se terram esse et pulverem, Deo et divinitati bellum indicit, ipseque vult haberi et coli ut Deus, imò solus Deus. Et hoc etiam, quia vicerat Arphaxad. Verè Darius apud Curt. lib. 4: *Frangitatis humanæ, inquit, nimia in prosperis rebus oblitio est. Similis fuit stans Luciferi stas c. 14, v. 15, et Pharaonis Ezech. 29, vers. 3, et regis Tyrî Ezech. 28, idéoque omnes sterti, regnoque et vitâ dejici meruerunt. Superbia ergo mera est insanîa, non gigantomachum tantum, sed et theomachum, ut Deum quasi ad duellum provocare audeat.*

(Corn. à Lap.)

(4) Nous avons plusieurs exemples de l'antiquité de cette horrible extravagance de l'esprit de l'homme, qui le portait à se vouloir attribuer faussement la divinité. Sennachérib se vanta insolemment de n'avoir trouvé aucun dieu qui lui résistât. Et mettant aussi de ce nombre le Dieu de Jérusalem, il s'élevait au-dessus du Très-Haut, et voulait qu'on le regardât comme le Dieu tout-puissant, auquel nul dieu ne pouvait être comparé. Darius, qui régna sur les Mèdes et sur les Perses du temps de Daniel, eut l'orgueil de faire publier par tout son empire un édit extravagant, par lequel il défendait à tous ses sujets d'adresser pendant l'espace de trente jours aucune prière à quelque Dieu que ce fût, et leur ordonnait de s'adresser à lui seul, comme si tous les sujets avaient été obligés de le reconnaître pour leur dieu. Alexandre, surnommé le Grand, et plusieurs empereurs romains ont fait paraître cette même ambition. Et il n'est point surprenant que ceux dont le démon possédait l'esprit se soient portés comme lui à vouloir se rendre semblables à Dieu, puisque cet esprit superbe, quelque jaloux qu'il parût être des honneurs divins, était toujours disposé à en faire part aux principaux de ses ministres, souffrant volontiers qu'on les regardât comme des dieux, pourvu que les hommes, trompés par ces vaines superstitions, s'éloignassent du vrai Dieu, et qu'ils devenissent par conséquent, ou qu'ils demeurassent toujours ses esclaves.

C'est ainsi que le démon substitue encore plusieurs dieux au Dieu véritable dans le cœur d'un très-grand nombre de Chrétiens. Et il agit en cela d'une manière différente d'Holoferne, lequel avait ordre d'exterminer tous les dieux de la terre, afin que Nabuchodonosor fût seul appelé dieu. Car cet esprit artificieux

14. Pertransiens autem Syriam-Sobal, et omnem Apameam (1), omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terram Gabaa (2),

15. Accepitque civitates eorum, et sedit ibi (3) per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit universum exercitum virtutis suæ (4).

n'ayant pu empêcher l'établissement du règne de Jésus Christ, ne s'y oppose plus en apparence, et il souffre que celui qu'il hait avec un orgueil extrême règne sur la terre par le culte extérieur de son auguste Religion. Mais il travaille dans le même temps à saper cette Religion sacrée par le cœur, en lui substituant dans le fond de l'âme d'un grand nombre de fidèles autant de dieux et d'idoles qu'ils ont de passions secrètes. Il se garde bien d'exterminer ces dieux de la terre, c'est-à-dire tous ces objets différens qui attirent les adorations toutes ses forces, à leur faire concevoir un plus grand amour pour ces dieux, et il ne croit point que la multitude de ces idoles lui fasse perdre à lui-même les adorations dont son orgueil le rend si jaloux, puisqu'il sait que plus il y en aura qui se rendront maîtres du cœur des hommes, plus son règne s'y affermira.

(1) Provinciam Cæsariæ, à civitate Apamea, ejus metropoli, ita dictam. (Menochius.)

(2) Id est, montanam vel civitatem. Græcè est, venit in planitiem Esdrelon, prope Dotzama (unde fortè legendum, ad Dotzama, pro Idumæis) è regione terra Judææ (id est, tractus in Judæa perpetuè civitati et editi, qui Lucae 1, vers. 59, montana Judææ vocatur), et castrametatus est inter Gabe et Scytopolima. De Gabe verò, vel Gabe, dicit Plinius, urbem esse instar regni. Non video tamen cur cum Latino non retineamus ipsum Idumæorum nomen, cum ex Josepho et aliis constet, Idumæam quandoque tam amplè sumi, ut Gazam quoque et Gaben, et Ascalonem, et omnia vicina comprehendat. (Tirinus.)

(3) Id est, mansit, sicut Deut. 1: Seditis

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et miserunt ad eum nuntios verbis pacificis, dicentes: — 2. Ecce nos pueri Nabuchodonosor regis magni adsumus coram te: utere nobis, sicut placitum est faciei tuæ. — 3. Ecce villæ nostræ, et omnis campus triticorum, et greges, et armenta, et omnes mandræ tabernaculorum nostrorum adsunt ante faciem tuam; — utere quomodo placuit tibi. — 4. Ecce et civitates nostræ, et habitantes in eis servi tui sunt. — Veniens occurre eis, prout est bonum in oculis tuis. — 5. Et advenierunt viri ad Olophernem, et annuntiaverunt ei secundum verba hæc. — 6. Et descendit super maritimum ipse, et virtus ejus, et presidia posuit in civitatibus excelsis; — et assumpsit super eis in belli societatem viros electos. — 7. Et susceperunt eum ipsi, et omnis regio adiacens eorum — cum coronis, et choris, et tympanis. — 8. Et demolitus omnes fines eorum, et lucos eorum excidit. — Et erat decretum in exterminare omnes deos terræ: ut ipsi soli Nabuchodonosor servirent omnes gentes: et omnes lingue, et omnes tribus eorum invocarent eum in Deum. — 9. Et venit super faciem Esdrelon, prope Dotzama, quæ est contra serram magnam Judææ. — 10. Et castrametatus est inter Gobaæ, et Scyrtarum civitatem: — et fuit ibi mensem dierum ad colligenda omnia impedimenta virtutis suæ.

14. Et traversant la Syrie-Sobal, toute l'Apamée et toute la Mésopotamie, il vint au pays d'Idumée, en la terre de Gabaa;

15. Et il devint maître de toutes leurs villes; et il demeura là trente jours, pendant lesquels il commanda qu'on rassemblât toutes les troupes de son armée.

in Cadesbarne tempore multo. Id est, mansit. Per triginta. Plures enim turmæ sui exercitus dispersæ fuerant ad capiendum et spoliantum parva loca et fortiuscula, et quibus non erat necesse totum exercitum convenire. (Lyranus.)

(4) Le piège le plus dangereux où pouvait tomber Nabuchodonosor était celui que son propre orgueil lui prépara, lorsque la divine Providence permit qu'il réussit pour quelque temps dans le dessein extravagant qu'il avait formé de s'assujétir toute la terre. Car ces succès heureux lui firent croire de plus en plus qu'il devait être honoré comme un dieu, et lui devrèrent le cœur jusqu'à ce degré d'orgueil, d'où il mérita d'être tout d'un coup précipité. Tous les princes et tous les peuples sortaient au-devant de son général pour se rendre ses esclaves. Qui n'eût cru qu'un peuple, comme était celui des Juifs, beaucoup plus faible en apparence que toutes ces autres nations qu'il avait vaincues, se serait soumis de même à ses lois? Mais c'était là que Dieu attendait pour lui faire tout d'un coup sentir son néant. Le motif de des peuples était celui qu'il avait dessein d'opposer à tous ses vastes projets. Et une femme d'entre ce peuple était destinée pour exécuter ce grand dessein. Tout ce que l'Écriture sainte a représenté jusqu'à présent de tous ces peuples assujétis à l'empire d'Holoferne, n'a été qu'un an de nous donner lieu d'admirer davantage et l'extravagance impie qui fait que les hommes abusent d'une manière si insolente, et en même temps si aveugle, d'un pouvoir qui leur a été seulement confié; et l'adorable conduite de Dieu, qui souffre leur orgueil avec patience, et qui attend à les punir qu'ils aient porté leur impiété jusqu'au comble de l'exès. (Sacy.)

COMMENTARIUM.

Belli successus exponitur, quoad populos ipsos, qui bello eo pelebantur, et quoad ipsum Holofernem. Illi copiarum tantarum, rerumque hæcenus gestarum terrore percussi, sese huic totos dederunt, præter unos Judæos, de quibus sequenti expite. Dispicendum verò quoniam alii illi populi fuerint, et quem in deditione modum tenuerint. Fuerant igitur universarum urbium ac provinciarum reges ac principes. Et ne de toto statim mundo cogitationem quis suscipiat, additur: *Syria scilicet et Mesopotamia, et Syria Sobal, et Lybia atque Cilicia.* Syria variè admodum sumitur: Interdum etiam Assyrios ipsos complectitur, et hæc *Ελλάδος διαδοχὰς Σησι, ὑπὸ τῶν βασιλέων ἑσπερίων ἐκλήθησαν.* Qui à Græcis, ait Herodotus lib. 7, *Syri* vocabantur, ii à barbaris *Assyrii* vocati sunt. Rursusque postea: *Οἱ Σησι εἶνα ὑπὸ Νηπιῶν Καταδόξαι καλεῖσθαι.* *Syri isti à Persis Cappadoces* vocantur. Et Plinius, lib. 5, cap. 12: *Syria quondam terrarum maxima, et pluribus distincta nominibus. Nam quæ Palestina vocabatur, quæ contingit Arabas, et Judæa, et Cæle, dein Phœnicæ, et quæ recedit intus, Damascena, ac magis etiam nunc meridiana, Babylonia. Et eadem Mesopotamia inter Euphratem et Tigrin; quæque transit Taurum, Sophœne; circa verò, etiam Comagene, et ultra Armeniam, Adiabene, Assyria ante dicta, et ubi Ciliciam attingit, Antiochia.* Patet igitur Syriæ nomen quàm latissime, sed cum pressius accipitur, ab enumeratis jam partibus distinguitur, sicut quæ alia est *Syria*, alia *Sobal*. Hæc enim ipsa est quæ, à Plinio loco citato, et Strabone lib. 12, Ptolomæo lib. 5, cap. 15, *Sophœne* dicitur, et ejus mentio fuit 1 Reg. 14, 2 Reg. 8, ubi dictum vocari quandoque *Syriam Sobal* à Josepho Oba, à 70, *Soba*. Non præteribo de Syriâ pressè dicta Dionysii, prout eos quidem Latinos fecit Priscianus versiculos, præsertim, quia nonnihil, quod capitis infra secuturi quinti versum septimum et decimum quartum attingit, continent. Cum enim varia esse Syrorum genera dixisset, pergit: *Namque alii mediis habitant telluris in arvis, Hosque Syros propriè perhibent; sed littora juxta, Phœnices vivunt veteri cognomine dicti, Quos misit quondam mare Rubrum laudibus auctos, Chaldaeo nuntium decoratam sanguine gentem, Arcanisque Dei celebratam legibus unam.* *Lybia* verò quomodo ab Holoferne tam adhuc procul dissiio perterrita est? Quomodo ejus

mentio, et *Ægypti* nulla? Quomodo inter *Syriam Sobal* et *Ciliciam* media constituitur, quæ ab utraq; tanto locorum spatio disjuncta? Sunt qui *Lyciam* hæc velint, *Lygia* fortè legenda. *Lygias* enim in hisce locis collocat Herodotus, lib. 7, cum *Syris* et *Maryandenis*, de quibus lib. 4, et *Matiens*, de quibus lib. 1: *Ligyæ, cæit, et Matiens, et Maryandeni, et Syri, eadem cum Paphlagonibus armaturâ præla-cuntur;* et paulò post: *Maryandenorum, et Ligyum, et Syrorum* dux erat *Gobryes*, ubi in *Latina*, quæ etiam correctissima putatur, conversio, idem quod hic mendum, ut *Ligyum* dux sit *Gobryas*. Et ne quis vel eodem *Libyas* vel *Ligyas*, vel in Herodoto *Libyas* potius quàm *Ligyas* legendos arguetur, liber in manus tantum sumendus. Confestim enim erit utrosque legere, et valde quidem diversos; et *Libyum* quidem ducem esse *Mansangem*. Quia tamen antea, quin *Phad* *Libyam* significaret, verisimilius nihil occurrit, sit sanè *Libya*, et ad eam licet cum exercitu nondum pervenerit Holofernes, hujus tamen animus illa occupat, longèque adhuc positum malum avertit, ut si *Gabaonita* facere dicebant *Josue* c. 9, et faciebant apud *Curt.* lib. 10 alii. *Babyloniam* enim reveri volebat *Alexander*, quia connumerabat ei legatos ex diversis terrarum orbis partibus undique *Babyloniam* confutuisse et ejus adventum expectare. Adcò et totum orbem nominis ejus terror invaserat, et cunctæ gentes velut destinato sibi regi adularentur. Videntur verò lidem in *Latino* esse debere populi qui in *Græco*, quia idcirco in *Græco* jam isto capite reitenter, quod antea, c. 1, nominati fuerint, et contra, idè in *Latino*, jam dicto capite, recensentur, quod antea capite primo præteriti fuerint.

Modus verò deditionis fuit hic: *Primò, miserunt legatos suos.* Ipsius Nabuchodonosori antea legatos respuerant; suos ipsi nunc mittunt, et per eos supplicant. Per Holofernem petierat ille antea, ut ex *Græco* audivimus, *terram et aquam;* per legatos ea isti offerunt omnia. Est autem illa formula quâ postulabat isti reges non, ut veritè *Badaellus, preparari sibi terras et aquas,* sed sibi dedi, subijcique omnia, quod imperium omne vel terrestrè vel maritimum sit, bellum omne vel terrâ, vel mari geratur: omnes hominum opes vel ex terrâ, vel ex aquâ constent, ut sunt agri, fundi, sylvæ, possessiones, domus, urbes, sta-

gna, lacus, flumina, quin aurum etiam, et argentum, et lapides pretiosi. Nam, ut sapienter et philosophorum decretis consentaneè dixit S. Bernard. serm. 4 de Adventu: « Aurum et argentum nomine est terra rubra et alba, quam solus hominum error licit, aut potius reputat pretiosam? » Uniones et gemmæ nomine è pelago etiam petuntur? Et in homine quæ præponderant aliis elementa, nomine terra et aqua sunt? nomine ex hisce duobus potissimum constant omnia, quibus nascitur, potamur, amicumur? Sic apud Herodot. Scythiarum regi aiebat Darius: « Domino tuo afferens dona, terram et aquam, in colloquium veni. » Et cum ille misisset, « avem, marem, ranam et quinque sagittas, » Darii opinio erat, « Scythas se sibi tradere, et terram et aquam, » quod minus quidem in terrâ signatur, et eodem quo homines fructu viclitur; *rana* autem in aquis nascitur, *avis* verò sit equo assimilis; at *sagittis* dandis, suum ipsorum rebur tradere. Idem etiam Darius Athenas et Spartam legatos idem petiuros cum misisset, eorum illi aliquid in barathrum, alios in puteum iniecerunt, jubentes ut ex his terram et aquam ferrent, uti lib. 7 refert idem Herodot., qui memorat etiam quemadmodum Xerxes inanes reverterint, alii terram et aquam attulerint. Est et in Diod., lib. 11, eadem formula. Deinde legati missi, *in* *γῆν* *αἰθρῶν* *αἰγῶν*, verbis pacificis, pacem poscere debebant. Ea traduntur v. 2, quorum triplex relati membrum: Primum est deprecatio, quæ et v. 6 repetitur. Alterum est ratio, cur ita sese dedant, quod è malis duobus minus eligendam sit. Tertium est deditio ipsa omnium omnino rerum, v. 5 et 4, adeoque sup ipsorum et filiorum libertatis, v. 5 et 6. Vocant verò v. 2 Nabuchodonosorem *regem magnum*, et seipsum ita, ut vidimus, ipse vocarat c. 2, non vulgari modo, quo potentem quempiam regem vocare moris est, sed eximio illo qui Persarum postea regibus proprius extitit, ut nimirum aut *reges magni*, aut *reges regum* appellarentur, apud Herodotum crebrò, Xenophontem lib. 3 Anab., Aristidem in Romæ Encomio, Dionem, Chrysostomum orat. 5 de Regno, Ammianum lib. 17. Hinc et apud Strabonem, lib. 15, Epitaphius iste Cyri versus:

Hic ego rex regum jaceo, qui nomine Cyrus.
Et 4 Reg. 18, vers. 19: *Hæc dixit rex magnus, rex Assyriorum, Esdra 7, vers. 12: Ariazerzes rex regum, Esdra sacerdoti. Daniels 2, vers.*

37: *Tu rex regum es; et Deus cæli regnum, et fortitudinem, et imperium, et gloriam dedit tibi.* Rectè verò apud Plutarchum Apophteg., Lacedæmoniorum rex Agesilaus: *Quid, aiebat, me major rex, si non temperatio et justior?* Ideoque et Alexander, apud eundem Plutarchum lib. 2, de illius fortunâ, *solo plerisque nomine magnos esse dicebat.* Cujus rei causam Plato, libro 3 de Legibus, in malam nimiumque mollem et delicatam educationem confert. Cum enim Cyrum Dariumque Hystaspis durè diligenterque in pueritiâ educatos laudaret: « Ex illo, ait, tempore nullus unquam fermè Persarum rex magnus, nisi nomine fuit. Neque fortunam causam fuisse arbitror, sed vitam malam, quam filii valde divitum, tyrannorumque plurimum vivunt. Nunquam enim puer et vir et senex, ex hujusmodi vitâ, virtute præstans evadere poterit. » Sanè verò, ut apud Horatium epist. 1, pueri, et Ausonius idyllio 17: *Qui rectè faciet, non qui dominatur erit rex, et verè magnus rex.* Omnium verò tanto isto nomine dignissimus ille, cujus meminit Tobie cap. 15, de quo Propheta Psalm. 94: *Deus magnus Dominus et Rex magnus super omnes deos. Quia in manu ejus sunt fines terræ, et altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud; et siccam manus ejus formaverunt.* S. Joan. Apocalyp. 19, vers. 16: *Habet in vestimento, et in femore suo scriptum: Rex regum et Dominus dominantium.*

Holofernes verò que jam fecerit, narratur vers. 7: *Descendit de montibus, Casio, Libano, Antilibano, qui in Syria, inter quorum duos postremos Damascus est, in cujus ille felices campos descenderat c. 9, v. 17: Descendit in virtute magna.* Etiam in litterarum studio lippis notum, virtutem sapè pro vi, robore et exercitia accipi. *Obtinuit omnem civitatem*, id est, præsidia imposita munivit, quia Græcè est *ἐπέλαση*, non, ut c. 1, v. 6, *ἔλαση*, vel infra hoc ipso c. v. 45, *accepit civitates eorum*, quanquam munitionem istam antea acceptio, necesse est. *De universis tribus sumpsit sibi auxilios, v. 8, unde factam ut incredibiliter ejus in dies augerentur copie, prout etiam dicitur infra, cap. 7, v. 2. Accipiebatur ubique honorificentissimè. Valentis procedebant obviam non pataci aliqui et, civitatum nomine, legati, sed universarum urbium habitatores principes et honorati simul cum populis.* Et quomodò? *Excipientes eum cum coronis et lampadibus, ducentes choros in tympanis et tibis.* Summæ ista omnia

reverentiæ, lætitiæque publicæ apud veteres argumenta erant. De coronis dicam in Machabæis. De lampadibus, et quidem ad eò, ut suas etiam interdum januas lucerent, attestatur Juvenalis Satyrâ 21, Xiphilinus in Nerone, Tertullianus in Apologia, et lib. ad uxorem. Curt. lib. 5: « Bagianes, Babylonie arcis et regie pecuniæ custos, obviam victori Alexandro egressus, totum iter floribus coronisque constraverat, argenteis altaribus ab utroque latere dispositis, quæ non thure modò, sed omnibus odoribus cumulaverat. » Scriptum à Diodoro est, lib. 16, quemadmodum Artaxerxi Ocho cum oleæ ramis obviam supplices venerit Sidoni; et à Livio, lib. 44, quomodò contra Epiphanem Antiochum opem rogaturi Alexandrini, cum oleæ litidem ramis, Romanorum senatum ingressi sint. Magna sanè hominum miseria, quò in summo suo luctu et calamitate, vel inviti gaudere, tripudiare, festosque dies agitare debeant:

Non bene mendaci visus componitur ore,

Difficile est tristi fingere mente jocum.

Cum tamen sibi hæc, invitis etiam et repugnantis, imperarent, tanta nihilominus Holofernes elatio, arrogantia et ferocitas erat, ut eam, ne istis quidem tot tantisque honorum et gaudiorum lenociniis, mitigare possent, v. 11. *Nam et civitates eorum destruxit, et lucos eorum exciit.* Hos arboribus consitos et opacos, diis consecratos, quis, qui vel primoribus, ut aiunt, labris, Virgillum gustârit, ignorat? Sed et in Scripturâ idem nostrâ significatum Deuteronom. 16, v. 21: *Non plantabis lucum, et omnem arborem juxta altare Domini Dei tui, 5 Reg. 14, v. 25. Edificaverunt et ipsi sibi aras et statuas, et lucos super omnem collem excelsum, itemque c. 48, lib. 4, c. 15, 17, 21; Jerem. 17, Mich. 5. Quis igitur? Holofernes gentilis non erat? Deos non colebat? Quomodo eorum igitur lucos excidebat? Quomodo, quæ veri Dei cultoribus præcepta erant Exod. 34, Deuteronom. 7 et 12, pii ejusdam Assæ instar 2 Paralip. 14, v. 5, faciebat? Obstupescè, homo, et humanam exhorresce superbiam. *Præceperat illi Nabuchodonosor rex, ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet ut ipse solus diceretur Deus.* Quò, quò ascendis, terrula, pulviscule, vermecule? Arphaxadum vicisti, copias magnas cogegisti, regnum dilatasti; et idcirco tu statim Deus, et Deus solus? Bene in extremo illo suo conflictu, apud Curt. l. 4, Darius: *Fragilitatis humane nimia in prosperis rebus oblivio**

est, qui l. 5, Charidemum non audierat dicentem: « Tu quidem, licentiæ regni subito mutans, documentum ejus posteris hominum, cum se permiscere fortunæ, etiam naturam dedidisse. Si scilicet, ait idem Curt. lib. 10, res secunda valent commutare naturam, et raro nusquam erga bonâ sua satis cautus est. » Atque hoc idem c. 5, v. 29, de Nabuchodonosore traditur, *ut sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor Deus terræ est; et præter ipsam alius non est, et c. 6, v. 2 et 4.* In capitis hujus tertii textu Græco ita inscribitur: *Erat ipsi decretum omnes terræ deos exterminare, ut ipsi soli Nabuchodonosori latric cultum deferrent omnes gentes, et omnes linguæ, et omnes tribus eum in deum invocarent.* De intolerabili superbâ hæc, quæ Divinitati etiam manus injicit, dicam iterum aliquid infra, c. 6, et 2 Machab. 9, v. 10. Legendus verò Isaias c. 14, v. 4. Bellum ergo inferèbat Holofernes non regionibus tantum, sed et religionibus; et licet opus bonum esset ficta commentitiosque gentium numina tollere, profana eorum fana et delubra excindere, lucos impunitatis omnes desecare, pessimè tamen agebat Holofernes, qui verum etiam cœli terræque Deum suo à solo deturbare conaretur, extremæque illius Nabuchodonosoriana impietatis et arrogantia tam seduliter sese ministrum, tamque immanem satellitem præberet. *Venit verò ipse ad Idumæos in terram Gabaâ, v. 15.* Sed quæ ista Gabaâ? Nam una quidem in Judæâ, 4 Reg. 25, v. 8, Jos. 15, v. 48, propè Maonea montem et Darumnam vel Dumem, de quâ Masius in illud caput; altera Benjaminica, quæ nefario scelere Judic. 20, et Saulis ortu 1 Reg. 26, Jerem. Si de priore agatur, nùm ad hanc Judææ partem accesserat Holofernes? et nonne Dumæos, quò Idumæos potius legamus? Si de posteriore, quoniam in Benjaminâ tribu Idumæi? et nùm illi etiam sese Assyrii jam penetrarant? *Gabe,* ait Plin. l. 5, c. 18, *urbs regni instar.* Et Idumæa nomen ita quandoque amplum est, ut Gazam etiam et Ascalonem, aliæque id genus loca comprehendat, ut l. 4 Captiv. 26, monstrat Joseph, et lib. contra Appionem Græcus text.: *Venit, ait, secundum faciem, vel in planitiem Esdreon prope Dotæam, quæ est è regione Serræ magnæ Judææ; et castrametatus est inter Gabam et Scythopolin.* Videtur ergo legendum: *Venit in Dotæam in terram Gabaâ, id est, montanam seu citiosam.* Serræ verò Hispanis quidem, ut in Ezechielicos Serrani Commentarios explicat Arias, est

tractus perpetuò civitas et editus, sed Græcis in topographiâ, est locus dentium serræ instar strictus, seu fauces et angustia. De Scythopoli Solinus cap. 43, Plinius lib. 5, cap. 18, et ego ex D. Augustino Judic. 1, Egessippo lib. 3, cap. 19. *Dotaa* solet aliàs etiam à Septuaginta vocari *Dothaim*, Genes. 17, vers. 17. Postremò his in locis mensem totum hæsit, exercitum totum colligens. Varias enim similitudines is exercitus peragebat, cum diversas hæc et illæ ejus partes amandaret Holofernes. Unde factum ut eodem tempore, procellæ ejusdem instar, pergeret, multasque et urbes et provincias Nabuchodonosori subderet. Græcus mentionem tantum facit *sarcinarum et impedimentorum* colligendorum. Si porro quaeras, cur terroris tantum tot gentibus incusserit Holofernes, cum Assyriorum majores antea copiae visæ fuissent, à Reg. 16, vers. 55, dicendum primò quidem, initio fortassè non

CAPUT IV.

1. Tunc audientes hæc filii Israel (1), qui habitabant in terrâ Juda, timuerunt valdè à facie ejus.

2. Timor et horror invasit sensum eorum (2), ne hoc faceret Jerusalem et templum Domini, quod fecerat cæteris civitatibus et templis earum (3).

3. Et miserunt in omnem Samariam (4)

(1) Id est, *Israelitæ*, sive *Judæi*: est enim hæc nomen generale, ut sæpe alibi, non peculiare decem tribuum. (Vatablus.)

(2) Et videntes etiam si sese Holoferni dederent, extrema omnia ab illo sibi metuenda esse, et Dei cultum abolendum, etc., statuerunt vim vi repellere, consilio quod in alio rerum statu vanum temerariumque fuisset. (Vatablus.)

(3) Il arrive peu que Dieu donne son secours, si l'on n'en sent auparavant le besoin autant qu'on le doit. Les hommes du siècle regardent comme une grande force d'esprit de ne rien craindre. Mais les serviteurs de Dieu, qui sont convaincus qu'ils ne peuvent rien par eux-mêmes, savent aussi que le sentiment de leur faiblesse est en eux le fondement et le principe d'une grande force. Il était donc nécessaire que les enfants d'Israël fussent frappés de frayeur à la vue de cette puissance si redoutable d'Holoferne, sous laquelle tous les princes et tous les peuples pliaient. Il fallait qu'ils fussent remplis de trouble et d'étonnement, afin que cette frayeur et ce trouble, les faisant délier d'eux-mêmes, les portassent à se confier en Dieu seul, et à implorer, comme ils firent, l'assistance de ses bras tout-puissant.

Ce que l'écriture dit ici nous est d'une grande instruction; car elle ne marque point que les Juifs craignissent la perte de leurs

eduxisse tantas ex Assyriâ copias, quanta aliàs jam fuissent, sed paulatim novis quotidie supplementis et accessionibus vehementer auctas fuisse, ut antea dictum est. Deinde magnam ducis peritiam fuisse, magnamque paulatim Nabuchodonosori nomen extitisse, ob victum Arphaxadam, et felices Holofernis progressus. Hujus etiam sævitiæ et furor plurimorum animos frangebat. Et verò ita hæc omnia gerebat Holofernes, ut multo majores adhuc in dies copias non tam expectarentur, quam timerentur. Semel enim et iterum dixit cap. 2, in Græco Nabuchodonosor, *Holofernum à se præmitti*; se non ita multò post secuturum. At quæ quantæque cum rege ipso copias! quibus Assyriorum flos! quod robur! Denique Dei hæc voluntas erat, ut tantò postea illustrius esset beneficentiæ potentiaque ipsius miraculum, ad quod jamjam contemplandum accingimur.

CHAPITRE IV.

1. Les enfants d'Israël qui demeuraient dans la terre de Juda, ayant alors appris toutes ces choses, craignirent beaucoup Holoferne.

2. La crainte et l'horreur saisirent leurs esprits, appréhendant qu'il ne fit à Jérusalem et au temple du Seigneur ce qu'il avait fait aux autres villes et à leurs temples.

3. Et ils envoyèrent dans toute la Samarie,

biens, de leur liberté, et de leur vie, mais que le sujet de leur trouble était la crainte qu'ils eurent que la ville de Jérusalem et le temple du Seigneur ne fussent traités comme tous les autres lieux par où Holoferne avait passé. Les Juifs avaient une profonde vénération pour ce temple, et l'on a vu dans plusieurs rencontres qu'ils étaient prêts à donner leur vie mille fois pour la conservation de ce lieu fameux, qui les distinguait de toutes les autres nations. Ce qu'ils faisaient par le zèle du Judaïsme et pour conserver ce monument si glorieux de leur religion, nous serions heureux de le faire par un vrai principe de pitié, étant plus touchés dans le fond du cœur de ce qui blesse la gloire de Dieu et les intérêts de l'Eglise, que de ce qui nous touche nous-mêmes. Nous voyons bien, en effet, que Jésus-Christ s'est mis en colère lorsqu'il a vu profaner la sainteté du temple de Dieu, et la maison de prière changée, comme il dit, en une caverne de voleurs; mais on ne voit point qu'il ait témoigné de même aucune colère dans tout le temps qu'il fut entre les mains de ses ennemis, exposé à tous leurs outrages, quoique son corps fût un temple sans comparaison plus précieux que celui auquel ils paraissent si fort attachés. (Sacy.)

(4) Erant aliqui Samaritani Judæis inimici; commune tamen periculum subdedit inire fedus utse ab Holoferne tuerentur. (Menochius.)

per circuitum usque Jericho, et præoccupaverunt omnes vertices montium (1).

4. Et muris circumdederunt vicos suos (2), et congregaverunt frumenta in præparationem pugnae.

5. Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad universos qui erant contra Esdreton, quæ est contra faciem campi magni juxta Dothain, et universos per quos via transitus esse poterat (3).

6. Ut obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Jerusalem, et illic custodirent, ubi angustum iter esse poterat inter montes (4).

7. Et fecerunt filii Israel secundum quod constituerat eis sacerdos (5) Domini Eliachim.

Hic non accipitur Samaria pro civitate metropolitica et locis sibi propinquis, in quibus habitabant gentes de regno Assyriorum, sed pro partibus remotis in regno decem tribuum in quibus habitabant aliqui Judæi, sicut dictum fuit sup. (Lyranus.)

(1) Acta sunt hæc antequam Holofernes castrametaret ad Esdretonem, Dothain, et Bethsan usque ad Gabaiticam; tunc enim ægrè admodum peragrari potuisset Samaria, quam totam Assyrii occupabant. Legit Græcus: *Miserunt in omnem terminum Samariæ, et Conas, et Bethoron, et Belmen, et Jericho, et in Choba, et Asora, et saltem Selen*. Urbs hæc *Konas, Kozæ*, ipsa esse fortassè *Kana* Galliæ; sed præferendam censeo lectionem Bibliorum Complutensium, ferentem *Kôzæ, Komæ*, id est, vicos, vel pagos. *Bethoron* urbs est notissima; ejusdemque nominis gemine erant urbes in Samaritide. *Belmen* est *Baal-maim*, vel *Deel-maim*, urbs Aquarum. Syrus legit hæc et capite 7, 3, *Abelmehula*; quæ urbs in Scripturâ notissima est, et parum abest à torrente Gison ac valle Jezraelis. Fortè etiam accipi potest de *Abelmaim* in tribu Nepthalai. Vetus Vulgata fert *Abelma: Choba*, fortè est *Cochaba* in Galilæa, vel in Basiatide. *Asora* est facilè *Asor*, cujus nominis plures sunt urbes. Celebris quædam adjacet lacus *Semechonis* in superiori Galilæa; alia pariter celebris est in Arabiâ Petræa, et in sorte Juda. Denique *Vallis Saltem* urbi Sichem proxima est. Meminit Evangelium Salim, loci propè Jordanem. (Calmet.)

(2) Aut: *circumierunt pagos qui erant in verticibus jugisque montium*; eos muniverunt ac firmaverunt. *Fecerunt* adposuimus à comparatione appellatione belli necessarium; ad necessitatem, atque ad obidionem hostilem tolerandam. Ea adjuncta ad victum pertinentia sunt comparata et comportata. (Vatablus.)

Nam ipsorum agrum recenter demissi erant, ait libro tertio, c. 3, Vegetius, potest in tempore subveniri; paulatim et annona in necessitate non habent remedium, nisi ante condita. Ideoque vetus Romanorum disciplina,

à l'entour jusqu'à Jéricho, et occupèrent tous les sommets des montagnes.

4. Et ils environnèrent leurs bourgs de murailles, et amassèrent des blés pour se préparer à cette guerre.

5. Le grand prêtre Eliachim écrivit aussi à tous ceux qui demeuraient vers Esdreton, vis-à-vis de la grande plaine qui est près de Dothain, et à tous ceux dont le pays pouvait offrir un passage,

6. Qu'ils occupassent les montées des montagnes par où l'on pouvait aller à Jérusalem, et qu'ils gardassent les défilés par où l'on pouvait passer entre les montagnes.

7. Et les enfants d'Israël firent comme leur avait commandé Eliachim, grand-prêtre du Seigneur.

« in plerisque oppidis ad usum anni totius, « in aceto, frumento, lardo, atque hordeo et « paleis condita habebat, » inquit in Gordiano Capitulino. « Nam, ut ait Vegetius lib. 5, c. « 3, sæpius penuria quam pugna consumit « exercitum, et ferro sævior famas est. In « omni expeditione unum et maximum consi- « dum est, ut tibi sufficiat victus, hostes fran- « gat inopia. Ante igitur quam inchoetur bel- « lum, de copiis expensisque solers debet esse « tractatus, ut pabula, frumentum, cæteraque « cannonarie species, quæ à provincialibus « consuetudo deposcit, maturius exigantur, et « in opportunis ad rem gerendam, ac muni- « tissimis locis, amplior semper modus, quam « proficit, aggregetur. » Et capite 26: « Qui « frumentum, necessariumque commeatum « non præparat, vincitur sine ferro. »

(Corn. à Lap.)

(3) In Græco scripsisse legitur ad *Bethaiam*, et ad *Detomesthaim*. Horum prima est Bethulia in tribu Simeonis, de qua inferioris *Betomesthaim* est, de qua inferioris *Syriæ, Betomestha*. Urbes Esdreton, Dothain, et alia loca versiculo præcedenti descripta, brevis exercitum Holofernis occupata sunt; cujus copias ne restitisse quidem videntur Israelitæ, quibus summus sacerdos per litteras mandaverat, ut aditus defenderent. Impares se facile reputarunt, ut validissimo huic exercitui resisterent. Satis habuerunt occupare fauces Juda et Hierosolymæ propinquoque, uti statim narrabitur. (Calmet.)

(4) Græcus: *Angustus accessus erat, ut duo ex æquo homines transire non possent*. Idem est locus qui, capite præcedenti, v. 15, *Serra Judææ* appellatur; eodemque pharasi mirè exprimitur nexus perpetuus montium, qui vix aditum inter angustissimas fauces relinquit. Eam vocem servavit in vernaculo sermone Hispani apud quos *Serra* est montium nexus. (Calmet.)

Ναχαταριών τὰς ἀνάσεις τῆς ἑρηνῆς, ut occuparent ascensus montium regionis; aditus montium quibus hostis in Judæam venire possent. (Vatablus.)

(5) Ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, id est, summus pontifex,